



**Venerabilis Bedæ Presbyteri Anglo-Saxonis, Doctoris
Ecclesiæ Vere Illuminati Opera Theologica, Moralia,
Historica, Philosophica, Mathematica & Rhetorica,
quotquot hucusque haberi potuerunt omnia**

In Vetus Et Novum Testamentum, Salvberrimis In Moysis Pentatevchvm,
Tobiam & Iobum, Libros Regum, Davidis Pasalmos, Parabolas Salomonis &
Cantica, Prophetas &c. explanationibus & Quæstionibus enodata:
Moralibus doctrinis & expositionibus in quatuor Evangelistarum Evangelia
illustrata: facundissimis ...

Beda <Heiliger>

Coloniæ Agrippinæ, 1688

Joannis Noviomagi scholia in eundem

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72031](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72031)

deficere, renovari, &c. facillis quaestio est. Ista enim omnia inter curricula finem habebunt, aut certe sic intelligendum est: Omnia tempora, & ea quae in eis aguntur, finem habebunt, sed ea quae in temporibus aguntur, ita finem habebunt, ut penitus non sint: ipsa vero tempora ita finiuntur, non ut eorum naturalia cessent spatia, sed ut ipsa currere non sentiantur. Quum enim summis hominibus ipsa aeternitas apparuerit, ubi nihil praeterit, nihil futurum est, sed semper idem est, tunc quicquid temporum praeterlabitur, non sentitur: sicut nos quum requiescimus in somnis, praetercunt spatia non sentimus, unde Propheta dicit: melior dies una in atrijs meis super millia. Et alibi: Inebriabuntur ab ubertate domus tuae. In nomine n. ebrietatis, obliuio omnium rerum mutabilium intelligitur. Sed omnibus his Hebraice veritatis integram profero puritatem, quam praeminentissimi doctorum Hieronymus in libris Hebraicarum quaestionum Augustini in l. de Civ. Dei. Eusebius in ple Chronographus in tertio historiarum Ecclesiasticarum libro, &c. In libro Hebraicarum quaestionum sic dicit B. Hieronymus: Sciendum quod usque ad diluuium, ubi in nostris ducentorum, & quod excurrerit annorum, gentiumque quis dicitur: In Hebraeo habeat centum annos, & reliquos qui sequuntur. Et post pauca: Famosa quaestio, & disputatio Ecclesiarum omnium ventilata, quod iuxta diligentem supputationem, 14 annos post diluuium matufala vixisse feratur. Et quomodo verum est, quod octo tantum animarum in arca saluae factae sunt? Restat ergo, ut quomodo in plerisque ita & in hoc sit error in numero. Item unde supra in l. lib. de civ. Dei, sic dicit B. Augustinus. Itaque illa diversitas numerorum aliter se habentium in codicibus Graecis & Latinis, aliter in Hebraeis, ubi non est ista de centum annis prius additis & postea detractis per tot generationes continuata paritas, nec malicia Judaeorum, nec diligentiae vel prudentiae Septuaginta interpretum, sed scriptoris tribuatur error, qui de bibliotheca Ptolemaei regis codicem describendum primus accepit, ubi potuit quidem accedere etiam scriptoris error. Item in eodem libro sic dicit: Na ex Adam usque ad diluuium computantur anni secundum codices nostros, 2262, secundum Hebraeos autem 1656, Item in 16. libro, 10. capite beatus Augustinus: Sunt itaque anni a diluuiio usque ad Abraham, 1072, secundum vulgaram editionem Septuaginta interpretum. In Hebraeis autem codicibus longe pauciores annos perhibent inveniri, de quibus rationem aut nullam, aut difficillimam reddunt. Diverso itylo, etiam a pluribus scribi dixerant antea, i. e. diversa pronuntiatione, non diversa fide, i. e. non diversa intelligentia. Hoc testimonio utitur S. Augustinus contra eos qui sensum verborum eius intelligere non valentes, dicebant Augustinum non bene scripsisse de his quaestionibus, de quibus alij scriptores bene scripserunt: i. e. facillius ex verbis aliorum scriptorum, quam ex Augustini scriptis unus atque idem sensus intelligitur. Suadet ergo eis, ut relinquunt sua scripta his qui possunt ea intelligere, & recurrant ad eos a quibus facillius sentiunt. Quoniam ideo necesse est plures libros a pluribus autoribus confici, verbis tantummodo discere repantibus, unum atque eundem sensum habentibus: ut quicquid in uno autore non intelligitur, in alio facillius intelligatur: verbi gratia, Hieronymus & Augustinus in una eademque quaestione unum atque idem senserunt: sed ex verbis Augustini intelligo, quod Hieronymi non intellexi: tu autem e contrario, Hieronymi sentis, quod Augustini non sentisti.

ALIVD SCHOLIUM JOANNIS
NOVIOMAGI.

De temporum ratione, Domino iuvante, dicturi, necessarium duximus, ut istissimam primo promississimamque, flexus digitorum, paucis praemonstrare solerimus. Indicat Beda numerorum notationem, quae fit vario digitorum gestu, necessarium esse computationibus temporum: cum enim cyclos solares lunaresque, unde haec temporum ratio pendet, magnis numeris expeditantur, quos scripti numerorum notis signare molestum esset, completi tam longam seriem difficile,

commodissimum est habere expeditam rationem unumquemlibet numerum exprimer flexibus digitorum, quod primum homines natura admoniti ceu apto digitorum numero, fecisse videntur. Cum, n. singula manus quinos habeant digitos, unde constat denarius, factus est hic numerus pro digitorum modo perfectus, solus & summus: nam supra denarium continuo pergentes, minores numeros omnis natio reflexit: quod non solum fit vocali numeratione, veluti decem ubi diximus, pergentes non simplici utimur dictione, sed unum repetentes dicimus undecim, i. e. deceni & unum, Verum in notis idem fit: decem, deinde reperit nota unitatis X. & l. quae sunt undecim: & Arithmetici digitum vocant, numerum omnem infra denarium, ut 1. 2. 3. &c. Horum enim quisque digito aliquo exprimitur, veluti 1. in leva manus pollice, 2. in ejusdem indice, 6. in pollice dextro, &c. deinceps usque ad denarium. Articulus quoque vocant numeratores, qui in decem aequales partes dividi possunt, ut 10. 20. 30. 40. hi enim articulis digitorum exprimuntur veluti primus denarius (quando naturali ordine numeratur) in superiore articulo pollicis statuitur, secundus in inferiore. Sed haec numerandi ratio, vulgarissima, & pueris nota, quam ob id posui, ut quae esset digitorum & articulorum origo apud arithmeticos indicaretur pueris. Est alia numerorum notandorum ratio, per calculos in tabula delineata ductibus parallelis positos, quae & ipsa vetus est, neque ab usu recessit, nisi quod loco calculorum numis nunc utantur: atque hujus est & fuit usus in numerandi speciebus negotialibus. Nam illa quae etiam nunc utuntur per notas Arabicas, videlicet, 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. quas ziphras vocant, recens esse videntur, nec veteribus Romanis reliquisve nationibus cognita: nulla enim antiquitatis monumenta has notulas habent insculptas. Sed ad Bedam redeo. Et postremo quidam doctus & ingeniosus aliter per digitos numerandi ritus, quem hic Beda tradit, quo veteres usos esse pluribus argumentis constat, sed incuria negligentiaque hominum ab usu recessit. Veterem autem apparere ex Plinij libro 24. naturalis hist. cap. 7. ubi ait: Janum dicatum a Numa Pompilio ita figuratis digitis expressum, ut 335. dierum nota per significationem anni temporis & avi se Deum ostenderet: & M. T. Cic. Hortensij subtilem actionis in digitos distributionem aliquoties eludit. Annotatum est quoque in historia Artaxerxis, Orontem generum regis, quum a socero indignatione quadam in ordinem redactus esset, dixisse solitum, Principum animos perfimiles videri Arithmetico-rum digitis: nam sicut computando nunc myriada digitorum gestu conficiunt, nunc monada: sic quoque qui a regibus toti pendunt, modo valent plurimum, modo ab illo honoris gradu ad imum devoluti, omnibus sunt derivati. Caesius in antiquis lectionibus eodem putat referendum esse illud Fabij in Institutionibus oratorij: Si actor (inquit) non dico, si circa summas trepidat, sed si digitorum solum imperito aut indecoro gestu a computatione dissentit, judicatur indoctus. Sed hoc loco apparet, Quintilianum respicere illam vulgarem computationem, de qua supra diximus, quod etiam de Horrenfio dici potest. Orator enim apud populum agit, qui has subtilitates saepe non intelligeret: sed alibi invenio eum manifestius de hac computatione locutum, ut lib. undecimo de formando gestu, ubi sic habet: Nam gestum poculum poscentis, aut verbera minantis, aut numerum quingentorum flexo pollice, efficientis, quae sunt a quibusdam scriptoribus reprehensa, ne in rusticis quidem vidi: ubi sine controversia hunc computandi modum intelligit: exprimuntur autem, ut & hic ex Beda discis quingenta, dextra manus pollice flexo versus palmam instar literae I Graecae, qui gestus in dicendo foret. Legunt alij quinquaginta, locum forte non intelligentes, illa enim exprimuntur sinistra: sed illa manus sola non facit gestum. Est etiam apud Apulejum locus in secunda defensione Magiae, qui sine hac parte numerandi intelligi nequit. Notum & illud est: Arque suos jam dextera computat annos: de Nestore, qui ad centum annos pervenit. Centum autem, ducenta & trecenta, sic computantur in dextra, sicut unum, duo,

tria in sinistra. Facere Nichardus in vetulam nimio plus vivacem, quæ annis etiam cervos superaret, sic ludic:

*ἡ φάρος ἀθρήσας ἢ λάρα πλέον ἡ γερὶ λαίῃ,
ῥήρας ἀριθμεῖται δεύτερον ἀρξαμένην.*

Est igitur istius computationis cognitio ad pleraque veterum intelligenda necessaria: quod propterea longius egi, ne frivolum mox iudicetur, quod prima fronte non blanditur. Priusquam hic Bedæ liber vulgaretur, incognita ista erant: & sola (ut opinor) hæc vetustas per eum servata est: quare quicquid huius est, id Bedæ in universum debes. Pueri habent quoque in hac re non injucundam digitorum exercitationem: liberalis namque digitorum extensio & flexus, etiam ad *χειρονομίαν* pertinet.

Tum paratiore legentium ingenio. Nam caput quinquagesimum quintum, quod est de recurso cyclorum solarium menstruorum, expeditur ea numeratione, quæ sit flexu digitorum.

Permulti siquidem alii alias, & ipse divinæ interpretis historia Hieronymus, in Evangelicæ tractatu sententiæ hujus adjumentum disciplinæ non dubitavit assumere: Centesimus (inquit) & sexagesimus, & tricesimus fructus, quantum de una terra, & de una semente nascitur, tamen multum differt in numero, Triginta referuntur ad nuptias: nam & ipsa digitorum conjunctio, quasi molli osculo se complectens & fœderans, maritum pingit & conjugem. Sexaginta, ad viduas: eo quod in angustia & tribulatione sint positæ: unde & in superiore digito deprimuntur: quantoque major est difficultas experire quondam voluptatis illecebris abstinere, tanto majus & præmium.

BRIDFERTI RAMESIENSIS GLOSSA.

Permulti siquidem alii alias, & ipse divina interpretis historia Hieronymus Evangelicæ tractatum sententiæ, hujus adjumentum disciplina, non dubitavit assumere. In Evangelio Matthæi, capite decimo tertio, ubi scriptum habetur: Qui verò in terra bona seminatus est, hic est qui audit verbum, & intelligit, & fructum affert, & facit aliud quidem centesimum, aliud autem sexagesimum, sic dicit S. Hieronymus capite trigesimo quinto in Matthæum. Primum ergo debemus audire, deinde intelligere, & post intelligentiam fructus reddere doctrinarum, & facere vel centesimum fructum, & sexagesimum atque tricesimum. De quibus plenius in libro contra Jovinianum diximus, & nunc breviter perstringemus, centesimum fructum virginibus, sexagesimum viduis & continentibus, tricesimum sancto matrimonio deputantes.

Porro centesimus numerus (quæso diligenter Lector attende) à sinistra transfertur ad dextram, & isdem quidem digitus, sed non eadem manu: quibus in læva manu, nuptiæ significantur & vidua: circulum faciens, exprimit virginitatis coronam.

IOANNIS NOVIOMAGI SCHOLION.

Et ipse divina interpretis historia Hieronymus. Apud Matthæum locus est cap. 13. de agricola, qui exiit ad seminandum: quo loco Servator noster triplicem facit fructiferi soli differentiam: ex primo fructum vigecuplum, ex secundo sexagecuplum, tertio centuplum sustulic: in qua para-

bola divus Hieronymus libro 1. contra Jovinianum, maximum numerum refert ad virgines, proximum ad viduas, minimum ad matrimonium: sumpta confirmatione festiva magis quam necessaria, à digitorum gestu, quam eleganter hoc loco Beda explicuit. Eum autem locum Erasmus conjecturis exposuit, sic tamen ut à veritate non aberreret: in Bedæ librum tum nondum inciderat. Postea tamé ubi fortè eum alicubi nactus esset, ex ipso auctore ré egit. Tres digiti in manu dicuntur auricularis, medicus & impudicus: cæteri duo, index & pollex.

Primo fit indigitatio in læva manu, tali modo.

Quum ergo dicis Vnum, minimum in læva digitum inflectens, in medium palmæ artum infiges.

Quum dicis Duo, secundum à minimo flexum, ibidem impones.

Quum dicis Tria, tertium similiter afflectes, Quum dicis Quatuor, itidem minimum levabis.

Quum dicis Quinque, secundum à minimo similiter eriges.

Quum dicis Sex, tertium nihilominus elevabis, medio duntaxat solo, qui Medicus appellatur, in medium palmæ fixo.

Quum dicis Septem, minimum solum, cæteris interim levatis, super palmæ radicem pones. Juxta quod.

Quum dicis Octo, medicum.

Quum dicis Novem, impudicum, è regione compones.

Quum dicis Decem, unguem indicis in medio figes artu pollicis.

Quum dicis viginti, summitatem pollicis inter medios indicis & impudici artus immittes.

Quum dicis Triginta, unguis indicis & pollicis conjunges amplexu.

Quum dicis Quadraginta, interiora pollicis lateri vel dorso indicis superduces, ambobus duntaxat erectis.

Quum dicis Quinquaginta, pollicem exteriore artu instar Græcæ literæ r curvatum, ad palmam inclinabis.

Quum dicis sexaginta, pollicem (ut supra) curvatum, indice circumflexo diligenter à fronte præcinges.

Quum dicis Septuaginta, indicem (ut supra) circumflexum pollice immisso superimplebis, ungue duntaxat illius erecta trans medium indicis artum.

Quum dicis Octoginta, indicem (ut supra) circumflexum, pollice in longum tenso implebis, ungue videlicet illius in medium indicis artum infixa.

Quum dicis Nonaginta, indicis inflexi unguam radici pollicis infiges.

Hactenus in læva, aut sinistra manu.

Secundo, fit indigitatio in dextera, sic.

Centum verò in dextera, quemadmodum Decem in læva facies.

Ducenta, in dextera: quemadmodum Vingtinti in læva.

Trecenta, in dextera; quemadmodum Triginta in *læva*.

Quadringenta, in dextera; quemadmodum Quadringenta in *læva*.

Quingenta, in dextera; quemadmodum Quingenta in *læva*.

Sexcenta, in dextera; quemadmodum Sexcenta in *læva*.

Septingenta, in dextera; quemadmodum Septingenta in *læva*.

Octingenta, in dextera; quemadmodum Octingenta in *læva*,

Noningenta, in dextera; quemadmodum Noningenta in *læva*.

Item Mille, in dextera; quemadmodum Vnum *læva*.

Duo millia, in dextera; quemadmodum Duo in *læva*.

Tria millia, in dextera; quemadmodum Tria in *læva*.

Quatuor millia, in dextera; quemadmodum Quatuor in *læva*.

Quinque millia, in dextera; quemadmodum Quinque in *læva*.

Sex millia, in dextera; quemadmodum Sex in *læva*.

Septem millia, in dextera; quemadmodum Septem in *læva*.

Octo millia, in dextera; quemadmodum Octo in *læva*.

Novem millia, in dextera; quemadmodum Novem in *læva*.

In reliqua parte corporis indigatio, primò cum lævi manu.

Porro cum dicis Decem millia, *lævam* in medio pectori supinam appones, digitis tantum ad collum erectis,

Quum dicis Viginti millia, eandem pectori expensam latè superimpones.

Quum dicis Triginta millia, eadem prona, sed erecta, pollicem cartilagini mediæ pectoris immittes.

Quum dicis Quadringenta millia, eandem in umbilico erectam supinabis.

Quum dicis Quingenta millia, ejusdem (scilicet *lævæ*) prona; sed erecta, pollicem umbilico impones.

Quum dicis Sexaginta millia, eadem prona femur *lævum* desuper comprehendes.

Quum dicis Septuaginta millia, eandem supinam femori superimpones.

Quum dicis Octoginta millia, eandem pronam femori superpones.

Quum dicis Nonaginta millia, eandem lumbos apprehendes, pollice ad inguina verso.

Hactenus in læva, nunc ad dexteram.

At verò quum Centum millia dicis, dexteram manum in medio pectoris supinam appones, digitis tamen ad collum erectis.

Quum dicis Ducenta millia, eandem pectori expansam latè superimpones.

Quum dicis Trecenta millia, eadem prona, sed erecta pollicem cartilagini mediæ pectoris immittes.

Quum dicis Quadringenta millia, eandem in umbilico erectam supinabis.

Quum dicis Quingenta millia, facies cum ipsa dextera, quemadmodum Quingenta millia in *læva*.

Quum dicis Sexcenta millia, facies cum dextera quemadmodum Sexaginta millia in *læva*.

Quum dicis Septingenta millia, facies cum dextera, quemadmodum Septuaginta millia in *læva*.

Quum dicis Octingenta millia, facies cum ipsa dextera, quemadmodum Octoginta millia in *læva*.

Quum dicis Noningenta millia, facies cum dextera, quemadmodum Noningenta millia in *læva*.

Quum dicis autem Centena millia (hoc est, Centies centum, Millio Neotericis dicta) ambas sibi manus, insertis invicem digitis implicabis.

BRIDFERTI GLOSSA.

Jam hæc insunt sex illi Numerorum integri ordines, in ipsa universa indigitationis ratione.

Primus verò ordo, est Unitatum.

Secundus autem, Decadum.

Tertius est, Centuriarum.

Quartus est, Millenariorum.

Quintus est, Decadum millenariorum.

Sextus & hæc ultimus, est Centuriarum millenariorum ordo.

Isidorus, in libro Etymologiarum undecimo: Digitum nuncupati, vel quia decem sunt, vel quia decem juncti existant. Nam habent in se numerum perfectum, & ordinem decentissimum.

Primus, pollex vocatur, eo quòd inter ceteros polleat virtute & potestate.

Secundus, index & salutaris seu demonstratorius: quia eo ferè salutamus, vel ostendimus.

Tertius, impudicus: quia cum ipso putredines vulnorum Medici tangere solent.

Quartus annularis: eo quòd in ipso annulus geritur. Idem & medicinalis, quòd eo trita colliria à Medicis colliguntur.

Quintus, auricularis: quia ex ipso aurem scalpimus.

1	10	100	1000	10000	100000
2	20	200	2000	20000	200000
3	30	300	3000	30000	300000
4	40	400	4000	40000	400000
5	50	500	5000	50000	500000
6	60	600	6000	60000	600000
7	70	700	7000	70000	700000
8	80	800	8000	80000	800000
9	90	900	9000	90000	900000

Tres digiti in sinistra manu, id est auricularis, medicus, impudicus, usque ad novem continent numerum.

Duo digiti in sinistra manu, id est index & pollex, usque ad novem continent numerum.

Duo digiti in dextra manu, id est index & pollex, usque ad novem continent numerum.

Tres digiti in dextra manu, id est auricularis, medicus, impudicus, usque ad novem milia continent numerum.

Sinistra manus semper usque ad nonaginta milia per artus digitorum continet numerum.

Dextra manus semper usque ad nonagena milia per iuncturas digitorum continet numerum.

Pollex, etiam si ceteris brevior, tamen inter ceteros fortitudine pollet. Index quoque salutatorius quondam, & demonstratorius dicitur. Pollex & index, in dextra, à centum usque ad noningenta. Nunc tres alii in eadem dextra manu, à mille usque ad novem milia. Sinistra per artus dimensos, corporis continebit numeros: & dextra per iuncturas & dispositiones membrorum. Sic habes numerorum omnium per characteres demonstrationem, aut per digitorum inflexionem.

BRIDFERTI RAMESIENSIS GLOSSAE.

¶ *Quam ergo dicis Vnum, minimum in leva digitorum inflexes, in medium palmae artum inflexes.* In libro de civitate Dei undecimo, sic dicit beatus Augustinus: Ratio numeri contemnenda non est, quae in multis sanctarum scripturarum locis, quam magna estimanda sit, elucet, diligenter intuentibus. Nec frustra in laudibus Dei dictum est, Omnia in mensura, & numero, & pondere disposuisti. Et Eucherius vir sapientissimus ita commemorat: Hic numerus, qui est unus, ad unitatem Dei refertur: ut est in libro Exodi. Audi Israel, Dominus Deus tuus unus est. Duo, duos estamenta: in Regum libris. Et fecit in Dabir duo Cherubin decem cubitorum magnitudine.

Tres, ad sanctam Trinitatem: in epistola Joannis, Tres sunt, qui testimonium dant, spiritus, aqua & sanguis. Quatuor, ad quatuor evangelia: in Ezechiele, Et ex medio eorum similitudo quatuor animalium: & Joannes in Apocalypsi sua, Quatuor animalia ante thronum Dei plena oculis ante & retrò. item, Quaternarius enim numerus perfectus est, & in suis partibus divisus perfectionem obtinet. Dividitur enim in unum, duo, vel tria. Unum namque ad Deum pertinet: quia unus Deus, una fides, unum baptisma, unus Deus & pater omnium, qui super omnes, &

per omnia, & in omnibus nobis. Duo, ad geminam dilectionem, vel (ut supra dictum est) ad duo testamenta. Tres, ad sanctam individuumque Trinitatem, Patris scilicet & Filii & Spiritus sancti. quatuor autem ad gratiam Novi testamenti, vel ad quatuor libros sancti Evangelii, quae maxime in his ascribitur. Quia enim quadratus lapis non fluctuat, sed in quamcumque partem versus fuerit, aequaliter jacet, recte quaternario constantia sanctorum designatur, quia non circumferuntur omni vento doctrinae, sed ut firmi lapides sive in prosperis sive adversis, in bonis actibus, & fide constantissime perseverant, considerantes illud quod ait, Qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit.

Quinque ad quinque libros Mosi: Paulus, in Ecclesia volo quinque verba sensu meo loqui.

Sex, ad diem sextum, quo Dominus hominem cum universis animalibus fecit. In Genesi, Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem. Et factum est vespere & mane dies sextus. Item beatus Gregorius in homilia 17, super Ezechielem ita dicit: Saepè jam diximus, senario numero, perfectionem boni operis designari, non illud sequentes quod conati sunt hujus seculi sapientes astruere, dicentes, idcirco senarius numerus esse perfectum, quia suo ordine numeratus perficitur: ut quum unus, duo vel tres dicuntur, senarius numerus impleatur: vel quia in tres partes dividitur, id est sexta, tertia & dimidia: videlicet in uno, duobus & tribus. Sed idcirco senarius numerus dicimus esse perfectum, quia sexto die homo est conditus, eoque die Dominus perfecisse opera sua describitur, unde etiam pro perfectione poni senarius numerus solet. Septem, ad diem septimum, in quo perfectus omnibus Dominus requievit. In Genesi, Et requievit, die septimo ab universo opere quod pararat. Item beatus Gregorius: Certissime scimus, quod septenarius numerus scripturae sacrae pro perfectione ponere consuevit. Unde & septimo die Dominum requiescisse ab operibus asserit. Hinc est etiam quod septimus dies in requiem hominibus, id est in sabbato est datus. Hinc est quod jubileus annus, in quo plenaria requies exprimitur, septem hebdomadibus consummatur. Cui monade addito, nostrae adunationis summa impletur. Haec igitur verba scripta sunt in primo libro Moralium divi Gregorii. Augustinus in libro undecimo de civitate Dei, Septenarius numerus pro cuiuscumque rei diversitate poni solet. Unde dicitur, Septies cadit iustus, & resurgit: id est quotiescumque ceciderit, non peribit. Quod non de iniquitatibus, sed de tribulationibus ad humilitatem perducendis intelligi voluit. Et, Septies in die laudabo te, quod alibi alio modo dictum est, Semper laus ejus in ore meo. Propterea hoc eodem saepenumero Spiritus sanctus significatur, de quo Dominus ait: Docebit vos omnem veritatem. Octo, ad diem resurrectionis, id est octavam. In titulo Psalms, In finem pro octava. Novem ad sacramentum, quod hora nona Dominus spiritum emisit. In Evangelio, Et circa horam nonam clamavit Iesus voce magna, & emisit spiritum. Decem, ad decalogum legis. In Psalms: In psalterio de citharda psallam tibi. Duodecim, ad apostolos: In Evangelio, Duodecim autem apostolorum nomina haec sunt. Quatuordecim, ad sacramentum Dominicae generationis. In Evangelio: Ab Abraham usque ad David, generationes quatuordecim. Quindecim, ad quindecim gradus templi. Sedecim, ad numerum Prophetarum.

Viginti duo, ad sacramentum divinatorum voluminum secundum litteras Hebraeorum. Viginti quatuor, ad mysterium numeri seniorum. In Apocalypsi, Et super thronos viginti quatuor seniores sedentes, Triginta, ad fructus fidelium conjugum. In Evangelio, Et dabunt fructus alijud centesimum, aliud sexagesimum, aliud trigessimum. Triginta tres, ad mysterium aetatis, qua Dominus in carne versatus est. In Apostolo, sicut quibusdam ex hoc videtur: Donec occurramus in unitatem fidei & agnitionis filii Dei in virum perfectum, in mensuram aetatis plenitudinis Christi. Quadraginta, ad quadraginta sacramentum.

mentum.

mentum. In Evangelio, Et agebatur spiritu in deserto quadraginta diebus.

Quadraginta duo; ad numerum in creto mansu-
m, vel ad numerum generationum, quæ ab Abraham
sunt usque ad Christum Quinquaginta, ad Pentecosten.
In Actibus Apostolorum; Quum completerentur dies Pen-
tecosten.

Sexaginta, ad fructum viduis sive continentibus debi-
tum. In Evangelio: Et dabunt fructum, aliud sexagesi-
mum. Septuaginta duo, ad numerum presbyterorum vel
discipulorum, quos Dominus elegit. In Evangelio: Post
hoc designavit Dominus & alios septuaginta duos, & mi-
sit binos ante faciem suam in omnem civitatem. Centum;
ad martyrum fructum vel virginum. In Evangelio: Et
dabunt fructum, aliud centesimum.

Est & alterius modi computus, articulati-
m decurrens: qui, quoniam specialiter ad Paschæ
rationem pertinet, quum ad hanc ex ordine
ventum fuerit, oportunitus explicabitur.

Iste computus pertinet ad decemnovalem cyclum, &
ad solarem. Et in hoc quod dicit Articulatim, comprehen-
dit lunarem cyclum.

Potest autem & de ipso quem prænotavi com-
puto quædam manualis loquelæ, tam ingenij
exercendi, quam ludi agendi gratia figurari; qua
litteris quis singillatim expressis verba, quæ is-
dem litteris contineantur, alteri qui hanc quosq;
noverit industriam, tamen procul posito, le-
genda atque intelligenda contradat, vel neces-
saria quoque per hæc occultius inveniendos signi-
ficans, vel imperitos quousque quasi divinando
deludens.

Cujus ordo ludi vel loquelæ talis est:

Quum primam alphabeti literam intimare
cupis, unum manu teneto.

Id est, sicut ostendis unam in manu per minimum di-
gitum, sic debes A intelligere in ipsa inflexione digiti: &
sic de reliquis.

Quum secundam duo.

Quum tertiam, tria.

Et sic ex ordine cæteras.

Verbi gratia: Si amicum inter insidiatores posi-
tum, ut Cautè rem agat, admonere desideras:
digitis ostende,

Tertiam,		est in alphabeto		e
Primam,				a
Vigesimam,				u
Decimnonam,				t
Quintam,				c
Primam,	a			
Septimam,	s			
Quintam,	e			

Hujus namque ordinis literæ, Cautè age, signifi-
cant. Potest & ita scribi, si causa secretior exi-
gat.

(Est & alterius modi computus.) Scilicet quàm isto, per
digitos & artus. Articulatim decurrens.) Id est per articu-
los, scilicet digitos manus. Ipse enim particulas exteriores
decurrit. Unum manu teneto.) Id est unitatè signa in manu.
Manu scilicet sinistra teneto, id est sicut ostendis unum in ma-
nu per minimum digitum, sic debes literam a, intelligere
in ipsa digitorum inflexione. Quum secundam significas
litteram, duo scilicet teneto, & sic de reliquis, id est sicut
numerus digitorum se ex ordine extendit, usque advi-
gintitres; plures enim non habemus literas. Et quum vo-
lueris demonstrare k, quæ est decima apud nos litera, o-

stende per eundem numerum; per quem ostendis deci-
mam in manu tua. Item aliter, Quum l volueris demon-
strare, ostende eam per k & a, repetens à capite: quia l, un-
decima est apud Latinos. Et si volueris x demonstrare,
quæ est vicesima prima littera; nota eandem per u, quæ
est vicesimalittera, & per a, quæ est prima, Et sic de aliis us-
que ad z ultimam literam.

Sed hæc Græcorum computo literis que faci-
lius disci simul atque agi possunt, qui non ut La-
tini, paucis isdem que geminatis suos numeros
solent exprimerè literis; verum toto alphabeti
sui caractere in numerorum figuras expen-
so, tres qui plus sunt numeros votis singulis depin-
gunt, eundem penè numeri figurandi, quem
scribendi alphabeti ordinem sequentes; hoc
modo:

α	1	unum	ι	
β	2	duo	ιι	
γ	3	tria	ιιι	
δ	4	quatuor	ιιιι	
ε	5	quinque	ν	
ς	6	sex	νι	
ζ	7	septem	νιι	
η	8	octo	νιιι	
θ	9	novem	ιξ	
ι	10	decem	κ	
κ	20	viginti	κκ	
λ	30	triginta	κκκ	
μ	40	quadraginta	κκκλ	xxxx
ν	50	quinquaginta	λ	
ξ	60	sexaginta	ιξ	
ο	70	septuaginta	ιξκ	
π	80	octoginta	ιξκκ	
ρ	90	nonaginta	ιξκκκ	lxxxx
σ	100	centum	ς	
τ	200	ducenta	ςς	
υ	300	tercenta	ςςς	
φ	400	quadringenta	ςςςς	
χ	500	quingenta	δ	εεεεε
ψ	600	sexcenta	δς	
ω	700	septingenta	δςς	
α	800	octingenta	δςςς	
β	900	noningenta	δςςςς	ix

(Quem scribendi alphabeti ordinem sequentes hoc modo.)

Si quemlibet nostri alphabeti literam vis demonstrare,
confidera numerum, qui sibi in alphabeti ordine natura-
liter est attributus; & tunc Græcam literam non ejusdem
nominis, sed eundem numerum significantis inscribe;
Verbi gratia, Si vis demonstrare g, quæ est septima litera
in ordine nostri alphabeti, non ideo debes ponere gamma;
quod eandem vim tetinet apud illos, quia tertia est in or-
dine alphabeti illorum: & non septima; sed potius zeta;
quod septenarium numerum apud illos retinet, sicut & a-
pud nos g. Illud autem animadvertendum, quia Græci
per sua elementa numeros exprimentes, à denario transi-
bunt ad vicenarium, à jota scilicet, quæ decem, ad cappa;
quæ significat viginti; reliquos vero numeros, qui inter
decem & viginti computantur; non per singulos chara-
cteres, sed per binos sibi invicem copulatos computantur:
veluti si undenarium numerum ostendere velint, scri-
bunt alpha, quod significat unum; & jota, quod significat
decem: sic & de reliquis, quod etiam in tali lo-
quutione observandum
est.

γ	c	3
κ	u	20
μ	m	12
ν	n	13
ξ	u	20
ϛ	m	12
ε	e	5
ζ	r	17
θ	i	9
ι	s	18
α	a	1
π	p	15
σ	i	9
γ	c	3
ε	e	5
ι	s	18
π	p	15
ζ	r	17
ο	o	14
ν	n	13
ο	o	14
ι	s	18
τ	t	19
ζ	r	17
θ	i	9
ι	s	18
θ	i	9
ν	n	13
ι	s	18
ε	e	5
ζ	r	17
ε	e	5
ζ	g	7
ζ	r	17
α	a	1
θ	i	9
ο	o	14
ι	s	18

Quarundam literarum Latinarum numerus Græcus juxta seriem literarum Latinarum in suo alphabeto.

Litterarum quarundam numerus ziphralis, secundum ordinem literarum alphabeti Latini.

Hic autem habes certum exemplum, quo te in aliis exercere posses: ut in hoc carmine.

Cum numerus apices, pro nostris inferre Graios.

Interim scies, litteram x, à Græcis sumptam, quam habeat figuram literæ, quæ apud illos vocatur Chi, tamen apud illos nomen accepit per anastrophen vel conversionem hujus Græcæ literæ, quæ dicitur xi, inde apud Latinos x. Quod autem nos per e, sive per k, sive per qu scribimus, Græci per solum cappa k scribunt. V etiam, quod non habent Græci, quoties sonum ipsius u exprimere volunt, per o micron & y psilon simul copulatos significant. Sed hæc loquela & scriptio numeralis ad literas Latinas inveniendum, literisque scilicet Græcorum facilius disci simul atque agi possunt, facilius enim cognoscunt Græci numerum ex suis literis, quam nos ex nostris, quia unusquisque numerus habet suam propriam litteram, per quam intelligatur. Latini autem non intelligunt numeros, nisi paucis literis, ipsidemque geminatis. Qui scilicet Græci, non ut Latini, paucis utuntur, sed omnibus literis. Paucis verò, ut his septem tantum, IVXLCDM.

Quatuor ex his duplicantur, triplicantur & quadruplicantur, juxta numeri exigentiam: ut sunt hæc, IIII, XXXX, CCCC, MMMM. Græci enim omnibus suis literis exprimunt numeros: verum toto alphabeti sui caractere, in numerorum figuras extenso, tres qui plus sunt numeros, notis propriis, quæ ex alphabeto non sunt, depingunt. Prima est ε quæ dicitur epifimon, & est nota numeri 6. Secunda est ϛ, quæ vocatur cophe, & valet in numero 90. Tertia est ϛ, quæ dicitur enneacosis, quia valet 900, quia ennea Græcæ, novem Latine: enneacosis, nonaginta enneacosis, noningenta dicitur. Hi tres characteres numerorum licet interponantur litteris Græcorum, non tamen sunt litteræ, sed cujusdam numeri notæ. epifimon ideo sexto loco ponitur, quia formam semis habet, quod significat sex uncias; vel quia juxta epifylon stat, significans quinque. Cophe quoque idcirco ponitur juxta litteram pi, quæ

valet 90. Enneacosis in fine ponitur, propter ultimum numerum, qui est 900. tres novenarias figurarum numeralium claudens: quia apud Latinos, ultra mille nullus est numerus, Græci verò quum mille 1000. notant, per virgulam: suprafignatam supra quamlibet numerorum notam diuinità indicant, ut [—]A, &c.

Et quia in cæteris linguis hæc fieri possunt, nihilominus tres sunt in principales linguæ: Hebræa primò, secundò Græca, Latina tertio.

Hebræa autem, duas & viginti literas habet in alphabeto: & quinque finales dicitur: ut,

א ב ג ד ה ו ז ח ט י כ ל מ נ ס ע פ צ ק ר ש ת
י ך ם ן ף ץ

Sunt igitur per omnia Hebræis vigintiseptem litteræ, quæ in tres partes (ut hic apparet) secantur & quamlibet pars habet novem literas: in prima verò novenaria, sunt tantum unitates: in altera autem, sunt decades, sive denaria: & in ultima, habentur centuria, sive chiliades. Sic etiam Græcis est, qui (ut supra ostensum est) totidem habent, nempe septem & viginti.

Postea sequuntur Latine litteræ, quæ sunt tres & viginti: scilicet,

- | | | |
|-------------------------|----|--------------------|
| 1 | a | prima |
| 2 | b | secunda |
| 3 | c | tertia |
| 4 | d | quarta |
| 5 | e | quinta |
| 6 | f | sexta |
| 7 | g | septima |
| 8 | h | octava |
| 9 | i | nona |
| Græca etiam littera | 10 | k decima |
| Media alphabeti littera | 11 | l undecima |
| | 12 | m duodecima |
| | 13 | n decimatertia |
| | 14 | o decimaquarta |
| | 15 | p decimaquinta |
| | 16 | q decimasexta |
| | 17 | r decimateptima |
| | 18 | s decima octava |
| | 19 | t decimanona |
| | 20 | u vigesima |
| Etiã Græcè Litteræ | 21 | x vigesima prima |
| | 22 | y vigesima secunda |
| | 23 | z vigesima tertia. |

Non est necesse de Græcorum numero hic amplius tradere, quia jam superius est scriptum, eundem penè numeri figurandi, quam scribendi, alphabeti ordinem sequentes.

Monet autem Beda, hoc esse facilius apud Græcos, qui ad significationem numerorum omnibus alphabeti literis & notis ex ordine utuntur.

Qui & ideo mox ut numeros digitis significare didicerint, nulla interstante mora, litteris quoque pariter ipsidem præfigere sciunt. Verùm hæc hæc hactenus.

Nunc ad tempora, quantum ipse temporum conditor ordinatorque Dominus adjuvare dignabitur, exponenda veniamus.

(Numeros digitis significare) Quasi dixisset, sicut sciunt numerare & legere per eadem literas, sic per eosdem digitos sciunt numerare, & literas ostendere atque præfigurare. Nulla interstante mora, id est tarditate, ipsidem, scilicet numeris vel signis. Præfigere, vel perficere. Sciunt, scilicet illi Græci: id est secundum significationem numerorum. Verùm hæc hæc hactenus, scilicet dicta sufficiant.

De indigitatione jam satis.

numeris, vel lignis. *Frangere, vel perficere. Sciunt, scilicet illi Graeci: id est secundum significationem numerorum. Verum haec haftenus, scilicet dicta sufficiant.*

De indigitatione, jam satis.

BEDÆ PRESBYTERI LIBELLUS DE RATIONE UNCIARUM.

Unciarum quoque divisionem nosse, quæ non minus temporibus rebusve aliis quam nummis est apta, computandis, non ignobilis inventio est. Quibus quia & dispersæ passim historiae, & ipsa facta scriptura utitur, nomina pariter & figuras eorum, paucis affigere curavimus: à libra incipiens, quæ dicta est quasi libera, quod liberaliter pondera adæquat; nam neque amicum, neque inimicum, nemini faver, nisi iusticia.

Divisio per uncias.

Libera, As, sive Assis, est unciarum duodecim, & signatur ita **X** vel **lb**.
Denunx, sive labus, unciarum est undecim, & signatur ita **¶** vel **¶¶**.
Decunx, vel Dextans, est unciarum decem, & notatur sic, **¶¶** vel **¶¶¶**.
Dodrans, sive Doras, est unciarum novem, & signatur ita, **¶¶¶** vel **¶¶¶¶**.
Bes, sive Bisse, aut Besse, est unciarum octo, & notatur ita, **¶¶¶¶** vel **¶¶¶¶¶**.
Septunx, sive Septuns, est unciarum septem, & signatur ita, **¶¶¶¶¶** vel **¶¶¶¶¶¶**.
Semis, sive Semissis, aut sextus, unciarum sex, & notatur sic, **¶¶¶¶¶** vel **¶¶¶¶¶¶**.
Quinquunx, sive Quincuns, unciarum quinque & sic denotatur, **¶¶¶¶¶¶**.
Triens, sive Treas, est unciarum quatuor, & sic pingitur, **¶¶¶¶¶¶¶**.
Quadrans, sive Quadras, est unciarum tres, & delineatur sic, **¶¶¶¶¶¶¶¶**.
Sextans, sive Sextas, sunt uncia duæ, & notatur ita, **¶¶¶¶¶¶¶¶¶**.
Sexcunx, sive Sescuncia, est uncia una & semis, dicitur etiam Sescquiuncia: sic notatur, **¶¶¶¶¶¶¶¶¶¶**.

Divisio per Scrupulos.

Uncia, est viginti quatuor scrupulorum, & notatur sic, **¶¶¶¶¶¶¶¶¶¶** vel **¶¶¶¶¶¶¶¶¶¶**.
Semuncia, est duodecim scrupulorum, tertia pars uncia: & sic denotatur, **¶¶¶¶¶¶¶¶¶¶¶**.
Sextula duæ, est octo scrupulorum, & formatur ita, **¶¶¶¶¶¶¶¶¶¶¶¶**.
Sicilius, est sex scrupulorum, & sic notatur, **¶¶¶¶¶¶¶¶¶¶¶¶¶**.
Sextula, sive Sescula, est quatuor scrupulorum, & sic formatur, **¶¶¶¶¶¶¶¶¶¶¶¶¶¶** aut **¶¶¶¶¶¶¶¶¶¶¶¶¶¶** vel **¶¶¶¶¶¶¶¶¶¶¶¶¶¶**.
Dimidium sextula, est duorum scrupulorum, & sic depingitur, **¶¶¶¶¶¶¶¶¶¶¶¶¶¶¶**.
Scrupulus, sive Scripulus, habet sex siliquas, & ita notatur, **¶¶¶¶¶¶¶¶¶¶¶¶¶¶¶¶** vel **¶¶¶¶¶¶¶¶¶¶¶¶¶¶¶¶**.
Sicilius, in Sicilia primò inventus.
Siliqua, genus est farris.

Hæc (inquam) ponderum vocabula, vel characteres, non modò ad pecuniam mensurandam, verum ad quævis corpora, sive tempora demetiendi conveniunt. Unde & ratio vel mos obtinuit, ut in cantione computorum, puerinum & duo, sæpius asse & dipondio murentur: item tressis, quartusis, quintusis, sextusis, septusis, & cætera hu-

jusmodi, quasi tres asses, quatuor asses profertur: & in eundem modum sequentia numerorum quàm plurima. Sive igitur horam unam, sive diem integrum, sive mensem, sive annum, seu certè aliud aliquod majus minusve temporis spatium in duodecim partiri vis, ipsa duodecima pars uncia est: reliquas undecim, deuncem appellant. Si in sex partiri vis, sexta pars sextans: quinque reliquæ, dextans, vel (ut alii) distas vocantur. Si in quatuor, quarta pars, quadrantis nomen obtinet: residuæ tres, dodrans nomen accipiunt. Et hujus disciplinæ regula solvitur, quod plerisque turbat imperitos: quia Philippus in expositione beati Job æstum maris Oceani quotidie bis venire describens, adjunxit hunc æquinoctialis horæ dodrante transmissio, tardius sine intermissione, sive die venire, sive nocte. Porro si per tria quid dividere cupis, tertiam partem trientem, duas residuas bissem nuncupabis. Si per duo, dimidium semis appellatur. (Duodecima autem pars assis sive libra, est uncia: quæ habet scrupulos viginiquatuor, & sextulas sex, ac siliquas centum & quadraginta quatuor. Scripulus, est brevis lapillus.) Sic & cætera, quæ verbo melius colloquantis, quàm scribentis stylo disci pariter & doceri queunt. Item de corporibus, sive milliariis, sive stadiis, sive jugerum, sive perticam, sive etiam cubitum, pedemve aut palmum partiri opus habes, præfata ratione facies. Deniq; & in Exodo, dimidium cubiti semis appellatur, narrante Mose, quod habuerit arca testamenti duos semis cubitos longitudinis, & cubitum ac semissem altitudinis. Et in Evangelio, quarta pars totius mundani corporis: id est terra, mysticè quadrantis nomine censetur: quum mittendo in pœnam peccatori dicitur, Non exies inde, donec reddas novissimum quadrantem: id est donec luas terrena peccata, ut B. Augustinus exponit: Hoc enim (inquit) peccator auditur, Terra es, & in terram ibis. Quarta siquidem pars distinctorum membrorum hujus mundi, & novissima terra invenitur, ut incipias à cælo, secundum aerem numeres, aquam tertiam, quartam terram. Qui etiam in expositione ubi scriptum est: Erat autem parascève paschæ, hora quasi sexta, hujusce disciplinæ meminit, dicens, Non jam plena erat sexta, sed quasi sexta, id est peracta quinta, & aliquid de sexta esse coeperat: nunquam autem isti dicerent, Quinta & quadrans, aut quinta & triens, aut quinta & semis, aut aliquid hujusmodi: si non hæc partes, apud divinos auctores vulgatæ invenirentur.

IN BEDÆ LIBELLUM DE UNCIIS, BRIDFERTI GLOSSA.

Hæc inquam. Scilicet, ut dixi, coepit. Ponderum. Ponderus, à pendendo dicitur, eo quòd in statera librata pendeat. Characteres id est figuræ. Non modò, id est tantummodo ad pecunias aurum scilicet vel argentum, aut quodlibet metallum. Antiquorum substantia ferè omnis constabat in pecoribus: etsi nunc in illis & cæteris constat, tamen nomen istud non servatur. Unde & ratio vel mos. Quia non solum hæc vocabula ponderum conveniunt ad pecuniam mensurandam, sed etiam ad alias res, obtinuit mos, ut ponantur etiam pro nominibus numerorum, in cantione computorum, id est quando aleam librant, quod est genus ludi. Cantio computorum est, quum dicimus unum, duo, &c. Propriè tamen assis, unam libram: dipondius, duas: tressis tres: quartis, quatuor significant. Sesterius olim dipondius vel dupondius: & semis, quasi semis tertius: tressis, quas tres asses, &c. Sequentia scilicet nomina quàm plurima profertur usque centussis, id est centum asses. Philippus. Ille tuit divi Hieronymi discipulus. Sive igitur horam. Majus temporis spatium, si in duodecim partiri vis, ipsa duodecima pars erit uncia: majus est ut cyclus decennovalis. Minus temporis spatium est, ut momentum, &c. ipsa duodecima pars etiam est uncia. Quicquid in 24. partiri vis.